



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

VI. De epistola S. Clementis, quod ab iis auerti debeat qui subsunt, a quibus qui praeest auersus est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

bus, sed a suis propriis, per annos singulos chrisma petant, appropinquante solennitate paschali: nec per quemcumque ecclesiasticum, sed si qua necessitas aut ministrorum occupatio est, per subdiacōnem: quia inhonorū est inferioribus summa committi. Optimum autem est, vt ipse suscipiat, qui in tradendo vsurus est. Si quid obstat, saltem is, cuius officii est sacrarium disponere, & sacramenta suscipere.

IV.

13. q. 1. Qui
oblationes.

^f Qui oblationes defunctorum fidelium detinent, & ecclesiis tradere demorantur, vt infideles sunt ab ecclesia abiiciendi: quia vsque ad exinanitionem fidei peruenire certum est hanc diuinæ pietatis exacerbationem: qua & fideles de corpore recedentes votorum suorum plenitudine, & pauperes collatu alimonix & necessaria sustentatione fraudantur. Hi enim tales, quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt. Vnde & quidam patrum hoc scriptis suis inseruit congruente sententia, qua ait: *Amico quippiam rapere, furtum est: ecclesiam fraudare, sacrilegium.*

Hier. epist.
2. ad Ne-
potianum.

V.

Si quis episcopi sui sententiæ non acquiescit, recurat ad Synodum.

VI.

Ex epistola S. Clementis vtilia quæque, præfenti tempore ecclesiis necessaria, sunt honorifice proferenda, & cum reuerentia ab omnibus fidelibus, ac præcipue clericis, percipienda. Ex quibus quod specialiter placuit, propter venerandam an-

ANNO
 CHRISTI
 442

tiquitatem statutis præsentibus roboramus, quod
 supra scriptus beatus martyr de beatissimi apostoli
 Petri institutione commemorat, dicens: *Quædam*
autem etiam ex vobis ipsis intelligere debetis, si quas sint,
quæ ipse propter insidias hominum malorum non potest
evidentius & manifestius proloqui. Verbi gratia: Si ini-
micus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare ut
ipse vobis dicat. Cum illo nolite amici esse: sed prudenter
observare debetis, & voluntati eius, videlicet qui eccle-
sia curam gerit, absque commotione obsecundare, &
averti ab eo, cui ipsum sentitis adversum: sed nec loqui
his quibus ipse non loquitur; ut unusquisque qui in cul-
pa est, dum cupit omnium vestrum sibi gratiam repara-
re, festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest, ut
per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis
præsidentis, &c. quæ in consequentibus denotant
 amicos eorum qui veritatis inimici sunt. Sciat ita-
 que deinceps clerus ad reatum, sed & populus fi-
 delium ad culpam sibi adscribendum, si quis hoc
 in vitio malorum confortator, & disciplinæ subuer-
 for agnoscat.

S. Clemens
 epist. 1.
 luo part.
 14. cap. 22.

Dist. 93. Si
 inimicus.

VII.

Placuit præterea accusandi licentiam etiam in
 nostri ordinis, si qua existit, leuitate comprimere.
 Ut se episcopus, si quem iudicat abstinendum, &
 pro humiliatione & correctione fratris assurgit, ex-
 orari a ceteris acquiescat, fratri, de quo agitur, cor-
 reptione & comminatione adhibita. Sin autem de
 crimine aliquem putet esse damnandum, accusato-
 ris vice discutiendum sciat. Fas est enim, ut quæ vni
 probantur, probentur omnibus.